



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. V. Venatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

P.
Qui variat & vacillat, valde suspectus est. c. li-
veras 14. de presump. l. 2. & l. 6. de testib. ubi We-
senbec. in C. C. p. 981. unde & titubans & varians
malam fovere causam praesumitur. l. 42. vers. non
plane de Reg. l. Cravett. conf. 6. num. 2.

VI.

Varius ille non dicitur, qui primò dubitative
per verbum videtur, & postea melius cogitans
præcisè & deliberate respondet. Tindar. in natl.
de testib. lib. 1. c. 6. n. 1. Crot. de test. p. 3. n. 343. in
fin. vers. & idem dicendum. Foller. in pract. crim.
in verb. capiat informationem. n. 58. Gabr. lib. 7.
concl. 29. num. 46. Farin. 1. conf. crim. 56. num. 20.

VII.

Varietas unius circumstantiae modica totum
plerumque jus mutat. Carol. Molin. conf. 13. n. 7.
per l. si ex plagis 52. §. in clivo. 2. & ibid. Alber.
ad L. Aquil. Fichard. 1. conf. 3. n. 3.

VIII.

Varietas criminum varietatem inducit pœ-
narum c. pœne. 18. §. atque adeò de pœnitent. dist.
2. quin imò & varietas personarum consequitur.
in eodem peccato varietatem pœnarum, c. fra-
ternitas 12. q. 2. c. 1. in fin. 14. 46.

IX.

Variantur jura secundum varietatem tempo-
rum, c. pen. extr. de consang. & affin. & variantur
sententiae ut capita Extravag. quorundam. §. quo-
circa in fin. de V. S.

X.

Varietas narrandi non obstat, si eadem di-
cantur. c. nihil 7. de V. S.

CAP. III.
Vasallus.

Axioma I.

Vasallum esse non est status personæ, sed pa-
trimonii qualitas, post Bald. Zas. in l. sapè num.
175. ff. de re judic. ejusque obligatio licet præsta-
tiones quasdam producat personales, realis non
personalis censetur. Mantica. lib. 23. de tacit. con-
vent. tit. 3. numer. 69. Choppin. lib. 1. de morib.
Paris. lib. 2. n. 2. in marginal. Victor in disp. de
caus. Exempt. concl. 28.

II.

Vasallo vivente & vigilante Dominus obdor-
mescit. Petr. Anton. de Petr. de jure quasito. c. 8.
numer. 61. ex Pancirol. conf. 184. Biret. conf. 38.
unde & natum proverbium apud Gallos: quand
le Vafal veille, le seigneur dort. vid. Victor d.
concl. 28.

III.

Vasallus in re feudali potior est domino. c.
unic. §. 1. & ibi Alvarott. de investit. in re alien.
facti. adeò quidem ut & incrementa atque cessio-
nes feudi ad eum solum pertineant. c. unic. 3.
si quis. si de feud. defuncti. contr. Phil. Matth. 2.
conf. Marpurg. 27. num. 17.

IV.

Vasallus non est subditus. Gail. 1. de pignor.
c. 15. num. 3. Toto enim genere distinguitur.
Wesenb. conf. 1. num. 57. vol. 1. Decian. conf. 18.

num. 34. vol. 1. cum oppositum consequentis sta-
re debeat cum veritate antecedentis, l. non hoc.
4. Unde cognati. & longe plus sit, subditum
esse, quam esse vasallum. Hic enim feudi tan-
tum respectu dominum recognoscit, ille subje-
ctionis onus sustinet: hic certo tantum servi-
tiorum onere militari vel aulico ligatur, iste se-
cus, ille capite, hic re constringitur. Schneidevv.
ad §. prejudiciales n. 23. Insti. de action. Matth.
Stephan. de juris. lib. 2. p. 1. cap. 7. num. 182. Heig.
lib. 1. quest. 15. n. 5. 12. Choppin. lib. 2. de L. L. Nat.
conf. 445. n. 9. Everhard. Jun. conf. 41. n. 99. vol. 1.
unde subditum multo strictius obligari domi-
no, quam Vasallum, assentiunt Cujac. 2. F. libr.
2. Freccia. lib. 2. aut. 4. n. 3. Burlat. conf. 147. n.
33. Roland. à Vall. conf. 1. num. 30. vol. 3. Cravett.
conf. 517. n. 3. Victor in disp. de Exempt. imper.
concl. 22. Necturbet abusus loquendi, quo Va-
salli dicuntur subditi; respectu enim fidelitatis
& servitii irrepsit ista *κατάχρησις*, non ratione
subjectionis. Frider. Mindan. l. 1. process. c. 32.
num. 2. Paurmeister. 2. de jurisdict. c. 8. num. 40.
Roland. à Vall. d. conf. 1. n. 3. vol. 3. quæ omnia
intellige scil. de nudis & alienigenis: quod si
enim Vasalli & subditi simul sint, formula fidu-
ciae & obsequii uberior & sanctior erit, quia du-
plici obligatione devinciuntur. Vult. 3. conf.
Marpurg. 19. n. 9. Bodin. 1. de republ. c. 9. n. 114. Cu-
jac. lib. 2. F. tit. 7.

V.

Vasallus Vasalli mei Vasallus meus non est,
gl. in c. legitur. dist. 81. & gl. in l. de accessionibus
ff. de divers. & tempor. prescript. sicut libertus
mei liberti meus libertus non est, l. Modestinus 105.
de V. &

Intellige scil. quando est Vasallus Vasalli mei
ratione alterius rei, secus si ratione ejusdem rei,
ut habetur in c. Imperialem. §. illud. de prohib.
feud. alien. per Frider. Bart. in d. l. accessionibus.
Bald. in l. 1. C. Commun. de legat. Bald. Alvarot.
ad d. §. illud. Francisc. in sing. libell. feud. p. 4. vers.
non datur declatio. Everhard. in loc. à libertis ad
Vasall. num. 2.

CAP. IV.
Vehiculum.

Quoties vehicula sibi obviam veniunt, toties
illi cedendum, qui minori incommodo cedere
potest. Ratio consistit in lege humanitatis. Ita
minores currus majoribus, pedites equitantibus,
equitantes currum agentibus & inter currus va-
cui oneratis vehicula meritoria, quibus personæ
solum vehuntur, plaustris. vid. omnino Struv.
Jurispr. Rom. Germ. forens. lib. 2. tit. 3. §. 8.

Limita, ut procedat, nisi in illo, qui minori
incommodo cedere potest, militet publica neces-
sitas aut utilitas, ut in cursoribus, vulgò die
Posten.

CAP. V.
Venatio.

Axioma I.

Venandi jus territorio & juri superioritatis
(11) adhæ-

CAP. VI.
Venditio Venditor.
vid. Emto.

Axioma I.

Vendens per venditionem facit se alienum à re vendita, Bald. *conf. 9. col. 3. lib. 1. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. gl. 9. num. 38. Cephal. conf. 313. num. 31. Johann. Petr. Surdus conf. 311. num. 21. Et emptor succedit in jus venditoris. l. alienatio 67. ff. de contrab. empt. Henric. Pfeil. *conf. 41. n. 3. lib. 1. ac proinde utitur emptor jure sui auctoris. l. emptor 8. C. de evict. Dec. conf. 74. num. 1.**

II.

Vendere rem suam nemo invitus cogitur, l. nec emere 19. C. de jure delib. etiam si iustum pretium pro ea offeratur. l. nec quasi 70. ff. de rei vindic. l. nec enim 9. l. ideoque 10. ver. amot. Regner. Sixtin. 2. *conf. Marpurg. 12. num. 67. l. invitus. 11. C. de contrab. empt. l. invitos. 11. C. locat. l. quamvis 17. C. de pignor. l. nemo exterius. 19. C. de Judeis. liberum enim est cuique rem suam vendere cuicunque volet. l. 1. Commun. divid. ibidemque Bald. Afflict. in rubr. *conf. Eridici de jure protimis. n. 8. Marc. Mant. in l. dudum. n. 4. C. de contr. empt. cum facultas ea sit naturalis libertatis Cravett. conf. 6. num. 121. vol. 1. Menoch. de *presumpt. lib. 3. *presumpt. 130. in fin. Fabian. de Monte in tract. de empt. *quest. princ. 1. n. 4. Mozz. d. tract. c. 1. num. 22. Vult. 2. *conf. Marp. 24. n. 5. Exceptiones multas vid. in Colleg. Jurid. Argentor. tit. de contrabend. Em. tbes. 32.******

III.

Vendere prohibitus, prohibetur & pignora-re Bart. in l. qui habebat. ff. de legat. 3. late Modern. in l. filiusfam. §. Divi. ff. de legat. 1. Johan. Lup. in repet. c. per pistras pag. 42. de donat. int. vir. & ux.

Intellige verum, quando quis rem pignora-re vellet, ad quam dilectionem non habet & cuius luitio non speratur, tunc enim talis pignoratatio alienatio dicitur & non pignus. late Corset. in notabil. suis. not. 49. ver. pena. Jason in l. manumissiones. col. 3. ff. de iust. & iur. alias si datur spe redimendi prohibitus vendere, pignora-re non prohibetur: per ea quae late tradunt And. Sicul. in repet. rubr. de reb. Eccles. non alien. Bart. in l. quorum ff. de pignor. Abb. in c. quod quibusdam. de fidejuss. Ludov. Gomez. ad §. item Serviana. 47. Instit. de ac. intellige etiam verum quando à Lege prohibetur, secus si à iudice, vid. l. 2. §. eandem rem. C. de reb. Eccles. non alienand.

IV.

Venditoris conditio in multis juris articulis melior est quam emptoris. C. A. de rescind. vendit. tb. 5. fin. & de cont. empt. tbes. 45. utrobique vid. allegatum Cuj. ratio est petita ex l. 44. de damn. infect. Diff. idem Cujac. in parit. C. de contr. empt. At idem Cujac. priorem regulam confirmat 16. observ. 18. ubi ait subveniri in l. 1. l. 12. & 16. C. de rescind. vendit. venditori ob dictam rationem non emptori, adde 23. obs. 32. CAP

adhæret, Menoch. *conf. 202. n. 31. Dec. conf. 22. vol. 4. Mandol. de inhib. *quest. 6. num. 2. Modestin. Pistor. conf. 14. n. 25. vol. 2. Heig. p. 1. q. 15. n. 54. vel saltem dominum jurisdictionalem sequitur, ut tradit Zoannet. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. p. 204. Rosenthal. de feud. 6. 5. *concl. ult. num. 8. Knichen. de sublimit. & reg. territor. jur. c. 5. n. 297. Jus enim vebaldi hodiè non competit, nisi ex privilegii concessio-nis vel investituræ singularis tenore, Jacob. de S. Georg. in tract. feud. §. & cum in venationibus. n. 9. Gail. 2. observ. 66. Unde ex consuetudine Germaniæ recepta jus venandi non minus quam alia regalia juri superioritatis censetur annexum, Modestin. Pistor. *conf. 14. n. 33. vol. 2. Decian. conf. 22. vol. 4. Knichen. de sublim. & reg. terri-tor. c. 4. n. 295.****

II.

Venationes sunt in fructu l. usufructuarium. 62. ff. de usufruct. Knichen. d. c. 4. n. 93. intelli-ge verum respectu materiæ subjæctæ & juxta rubricam de usufructu, nimirum ut ejusmodi jus quasi ad fructum pertinens, usufructuario potius quam proprietario permittatur, non etiam ut pro fructu privato cujusque fundi & prædii sit habendum; huic enim fera non coherent, nec illo continentur, nec ex eo nascuntur. Wefenb. in paratit. ff. de acquir. dom. n. 7.

III.

Venatio est ars nequissima c. qui venationibus. 8. distinct. 86. ibique gl. & in c. 1. de Clerico Venatore. verb. voluptate.

Declara verum esse, si accipiat de venatio-ne arenaria, quæ scilicet histrionico more à conductis hominibus in publicis spectaculis depugnando cum bestiis exercetur, quod artificium scenicum in universum quasi ad nullam utilitatem Reipubl. sed tantum ad inanem voluptatem comparatum, pro turpi & infami vitæ genere habetur. Unde & de jure Canonico adeo reprobanda, ut etiam spectatores mortaliter peccare dicantur d. gl. in c. qui venatoribus. Francisc. Marcus *quest. 530. n. 1. quamvis de jure civili licita, tum, quando non sit mercenaria, sed fiat virtutis ostendendæ causa, quocirca qui ad hoc locat operas suas, ut cum be-stiis depugnet, infamis est, l. 1. §. 6. ver. & qui operas. ff. de postuland. nisi talis esset fera, quæ re-gioni noceret, d. l. 1. §. sed si quis. Gail. 2. observ. 68. num. 9. ac proinde ad eam quæ non servit pu-blicis spectaculis, sed sanitati vel etiam necessi-tati ad usum victus & vestitus non trahendum, Wefenb. in paratit. ff. de acquir. dom. num. 6 p. 1265. quamobrem & talis venatio quæ fit sine strepitu, ponendo retia vel laqueos, Laicis & Clericis con-ceditur. c. Esau. 11. dist. 86. c. nunquam. 33. de con-secrat. dist. 5. c. quod prodest. 12. dist. 86. c. 1. dist. 34.*

IV.

Venatio est servitus Zaf. in §. æque. numer. 25. Instit. de action. & *conf. 6. incip. illustris. num. 30. vol. 2. & lib. 1. sing. resp. c. 11. contr. gl. & Bart. in l. Mela. in fin. ff. de alim. legat. gl. in l. pecoris de servit. rustic. præd. vid. Arnif. lib. 3. c. 4. num. 12. Gail. 2. obs. 66. Hed. diff. 19. tb. 18. quod tamen ut sibi valde suspectum refutat Hænon. diff. ju-ridic. diff. 5. tb. 2. ubi vid.*